



**E**lli Gaspasiani Strozze oratio ad Sanctissimū ac Beatissi-  
 mum dñm nřm dñm Innocentium Octauū pont. max.  
 Magnū mihi munus ab īmortali deo Beatissime pa-  
 ter oblatū esse video q̄ hac potissimū tempestate vna  
 cum his clarissimis collegis meis hanc augustam vr-  
 bem: hoc sacrum conciliū legatus adierim. vbi sanctitatem tuā  
 atq; hos venerandissimos 7 sapientissimos fratres tuos: quos  
 videndi sūmo desiderio detinebar: coram intueri atq; alloqui  
 possim. Nec tñ minus oneris iniunctum esse mihi sentio: cum  
 ego nulla eloquētia p̄ditus: 7 vir vllis lřarum studijs īmbu-  
 tus: atq; ad hoc dicendi genus in exercitatus: ac penitus info-  
 lens: in hoc frequēti s̄simo celeberrimoq; doctissimoz hominū  
 confessu verba facturus sim: quoz complures excellenti facun-  
 dia insignes: ex longinquis orbis terrarū partibus ad offeren-  
 dum atq; exhibendū Sanctitati tuę obsequiū: a regib; ac prin-  
 cipibus suis missi confluerunt. Quamobrem nō parua mihi  
 dubitatio suboritur: 7 vtrū hoc munere gaudere: an potius cō-  
 tristari debeam nescius: huc atq; illuc mētis incertus ago: ve-  
 reoz cum maximis de rebus orationem hic habiturus sim: de  
 te scilicet: quem christi vices in terris agentē: 7 videmus: 7 con-  
 firmur: 7 colimus. Vereoz inquā: ne quid maiestate tua: 7 hu-  
 ius eruditissimoz virorum corone cultissimis aurib; indignū  
 mihi excidat: quod oēm voluptatem meā quam venerabilis ac  
 iucundissimus conspectus vester nobis affert: animo perturba-  
 re possit. Sed cātus est amor meus in optimū ac magnanimū  
 ducem meū Herculem: tanta est obseruantia 7 fides: ut nihil  
 tam arduū: nihil tam difficile excogitari possit: modo ad eius  
 beneficiū ac dignitatem spectat: quin ego illud omni studio ac  
 diligentia protinus aggredi atq; exequi contendā. Ecce ad  
 hoc beatissime pater tua singularis humanitas: 7 incredibilis  
 ac prope inaudita mansuetudo: vestraq; venerādissimi patres  
 sūma benignitas 7 sapientia: quos ego attentissime audiētes

Pag 303  
 7

in me oia cōuertisse animaduerto. Quibus inducor ut sperem  
me facile a vobis veniam impetraturū: si ea quę a principe nro  
nobis mandata sunt: a me/cui parere necessariū fuit: fortasse  
minus eleganter ac min⁹ ornate q̄ hic locus rei dignitas po/  
stulabat/explicabunt. Nos igitur Innocenti Octauē pontifex  
marime: nos inquā Ferrarienses tui ad te venimus: ab Illu/  
strissimo principe nro filio ac seruo tuo dilectissimo: duce Ver/  
cule: si delissimo apostolicę sedis vicario missi: ut eius nomine  
sacratissimos pedes tuos cū omni officiosa veneratiōe primū  
exosulemur atq; adoremus. Deinde ut in ista tui pontificatus  
electione tibi atq; vniuersę christiane religioni plurimū gratu/  
lemur. Quę cum anno superiorē ob ingentem iacturā ex interi/  
tu clementissimi ⁊ p̄terna cōmendatione psequendi Sixti pon/  
tificis factam: grauiter pturbata ⁊ afflictā fuerit: te postea talē  
tantūq; successorē ac rectorē feliciter sit adeptā: in cuius egre/  
giā virtute dei populus merito ꝓquiescere ac bene sperare pos/  
sit. Necnō ut tibi referamus eum ipsum Herculem p̄romptū ac  
paratū esse ea oia beatitudini tuę p̄stare: quę tu ipse ad verā  
fidelēq; obedientiā pertinere arbitrat⁹ fueris. Postremo ut vo/  
bis prudētissimi atq; omni laude digni patres: ingentes grās  
agam⁹: qui cęlitus inspirati hūc sapiētissimū religiosissimūq;  
principē ad Romanę sedis molem sustentandā: vestro solertis/  
simo iudicio eligendū censuistis: sumaq; rōne ⁊ magno cōsilio  
electū ingenti cōcordia p̄firmastis. Nihil certe duci nro: qui ⁊  
prudētissim⁹ ⁊ iustissim⁹ est: ac tibi omnino beatissime p̄ de/  
ditissimus: nihil inquā aut gratius aut optabili⁹ euenire po/  
tuisset: q̄ ut Romana sedes ad gubernādos greges suos te pa/  
storem adipisceret: quē ipse iam pridē Neapoli adolescēs: cum  
tu quoq; ī etate iuuenili adhuc esses: apud magnanimū ⁊ glori/  
osissimū regē Alphonsū viderat ⁊ cognouerat: ⁊ ob p̄clarā  
patrię generisq; nobilitatē: atq; ob insignem mox elegantia: ⁊  
egregiā p̄stātis ingenij p̄mptitudinē sūmo studio dilexerat.  
Deinde virū iam factū ⁊ religiōis bonore insignitū: fama late

de tuis clarissimis virtutibus crebrescete: mirum in modum amavit:  
 coluit: venerat? est. Et cum te doctissimum: integerrimum: bonorum  
 omnium fauorem: malorum hostem acerrimum: fidei nostrae propugnatorem: ac  
 defensorum eximium intelligeret: in eam demum opinionem venerat: ut  
 te beati Petri: quod vite laudatissima ratio pollicebatur: quicquid suc-  
 cessorem futurum: et sibi persuaderet: et cuperet. Illi igitur opinioni  
 et voto cum deus optimus maximus ecclesie sue atque omnibus populis  
 christianis prospiciens: annuisset: et cum iam nonnullis rumoribus ad nos  
 perferret: te aut creatum: aut sine dubio creandum pontificem esse:  
 ipse ingenti voluptate affectus vehementer letabatur: ac certiozem  
 famam de tuis secundis rebus avidissime prestolabatur. Sed postquam  
 nostrorum litteris ab urbe relatum est: te patrum suffragiis ad istius su-  
 preme dignitatis fastigia elatum: quem prius secum mente concepe-  
 rat: gaudia primum effudit: nihilque ab eo pretermissum est: quod  
 ad iocundissimam pro pontificatu tuo hilaritatem declarandam per-  
 tinere videret. Id vero in verbis atque opibus nostris ita factitatum  
 fuisse: non modo ex aliorum sermonibus me accepisse: verum etiam ex-  
 cutum esse testari possum. Nam cum flaminie provincie: quem duci  
 nostro parem: mihi commisit iam pridem presuerim presumque: illi litteris  
 ac mandatis obtemperans: ea omnia que tante leticie magnitudo po-  
 scere videbatur: accuratissime fieri iussi: et solemnibus immortalis  
 deo supplicationibus habitis: letisque hominum exultantium clamoribus:  
 ubique tuum sacrum nomen inuocantium: necnon festiuis omnium templo-  
 rum sonis: et crebris die noctumque per vias ignibus accessis: studia  
 nostra et mirificos in te animorum nostrorum affectus atque ardores aper-  
 tissime demonstraui. Superfluum est sanctissime per ea nunc  
 a nobis hoc in loco commemorari: quem principum Estensium fami-  
 lia: toto terrarum orbe celeberrima: multis in locis: variis tempo-  
 ribus: non paruis sumptibus: innumeris laboribus ac piculis su-  
 is: ad commoditatem ac decus ecclesie Romanae: summorumque  
 pontificum: et pace: et bello magna cum fide gesserit. Plurima  
 quidem sunt: ac per omnes terrarum plagas iam pridem diuul-  
 gata: atque omnibus ferme vobis audita sepius: et cognita.

Quę si p̄ seriem suā digesta verbis complecti ⁊ in mediū afferre voluerim? longiore orōne nobis opus erit. Sed cauendum est ne humanitatibus vestris importune abutamur: ne ue illas diu singula persequi cupimus: inepte defatigemus. Habenda est p̄terea t̄pis ratio: ut his: si qui aliqd post nos dicturi sunt locum quoq; suū relinquamus. Ad eorū x̄o fidem quę nūc consulto relinquimus: hoc vnū referre satis erit: plurimos pontifices Romanos huius gentis virtutē ac merita sepe numero et sapientissime pensantes: multa illi ⁊ magna: grata ⁊ larga manu: pie ac liberaliter indulxisse. Qd etiā apertissime testantur illa amplissima Bonifacii p̄cessoris quondam tui priuilegia in Ferrariensi foro prope aureā Alberti Marchionis statuum: marmoreis tabulis insculpta: de quib; in Bozia de nostra ad ipsius pontificis laudem sic a me dictum est:   
Parte alia Albertus grati memorabile donum: Pontificis populo ostendit: concessaq; pura: Parietibus templi sacris affixa leguntur.   
Nemo igitur mirari debet: cum Estensis domus ecclesię romanę amicissima semp fuerit: ⁊ cum eius impio libentissime ac fidelissime semp paruerit: si nō nunq; bellico tumultu per Italiā exercitato: sūmi pontifices his quę diximus diligentissime p̄sideratis: principū nostrorū curā sibi suscipiendā ⁊ urbem Ferrariā ab iminentibus hostilium armorū periculis p̄tendā putauerunt. Fuit illa urbs longo iam tpe Romanorū pontificū gratū ac fidele hospitium. Quoties autē ⁊ qui ex illis/supiorib; t̄pibus ad eam amicissime se cōtulerint: longū quidem esset nūc recensere: p̄sertim cū oīo mea occupatissime sanctitatis tuę: ⁊ horū venerandissimorū patrū atq; omnium hic astantiū rōne habita: ea quę necessaria sunt carptim astringēdo: ad breuitatē omnino spectare debeat: reticendū tñ nō censeo mea memoria duos gloriosissimos pontifices cum maximo p̄latorū agmine Ferrariam venisse: atq; illic cū ingenti totius populi Ferrariēsis ac principū nostrorū lētitiā honorificētissime susceptos fuisse. Di

aut fuerit felicissime recordationis Eugenius ac Pius. Quorū  
 Eugenius Nicolao Marchione principe optimo ac liberalissi-  
 mo ⁊ huius Herculis de quo loquimur patre imperāte: ad nos  
 accessit: ibiq; Italarum gentiū exterarumq; nationū publicū ⁊  
 generale cōciliū habuit. Cui etiam Johannē illum paleologū  
 Constantinopolitanū Imperatorē cum ingenti nobiliū greco-  
 rum multitudine: vir dum puer interesse memini. Atq; Pius  
 indicto Mantuę cōcilio: cum ab v. be. pfectus ferrariam diuer-  
 tisset: a Bosio duce: ut eius principis mos ⁊ cōsuetudo semper  
 fuit: in eūdo ac redeūdo magnifice ac splendidissime acceptus  
 est. De Bosij ho laudib; si pauca loquimur: neq; satis officio  
 nostro fecerimus: neq; eius dignitati ac meritis: ut equū esset:  
 paria rependem;. Et multa dicere neq; locus neq; tempus pa-  
 titur. Quapropter ab illius felicissimis manibus venia petita  
 quod reliquū est in causa nūc breuissime peragemus. Hoꝝ pon-  
 tificum quos modo cōmemoravi ad urbem nostrā aduētus in  
 rem inconsultā ac penitus ab omni rōne alienā me pene impu-  
 lit. Mecū enim tacitus aīo voluebam: quod nūc palam pferre  
 cōstitui: Num scilicet nobis optandū esset: ut maxim; ille mū-  
 di atq; omniū rerum cōditor ⁊ moderator: pro ineffabili beni-  
 gnitate sua hoc nobis munus largiret: ut tibi quoq; ferrarię  
 tuę nunc videndę: sūma cupiditas inijceret: vbi ducis Hercu-  
 lis beniuolentiā in te singularem: ⁊ incredibile obseruantiam  
 prospiceres: ac vere illius regiā cunctis in rebus magnanimi-  
 tatem tua sanctitas experiret: eūq; nō armis modo ⁊ artis bel-  
 licę gloria insignē iudicares: verū etiā pace plurimi faciendū:  
 prudētiaq; ⁊ iusticia: necnō pietate: ac religione: multisq; alijs  
 p̄stantissimis virtutib; excellentē animaduertes: dignūq;  
 censes quē omnibus maximis beneficijs ob eius ingētia me-  
 rita tua liberalitas prosequeret. Hęc equidē mecū cogitabam:  
 quę tu ferrariā nunc accedēs: ⁊ ab oībus intelligere: ⁊ ipse co-  
 ram intueri potuisses. Et p̄ deum īmortalem: quorsum tam in-  
 tempestiua ⁊ tam inepta cogitatio! Quid peto! Quid cupio:

Admirū ego parum pensi ⁊ considerationis habuisse iudicari de  
berem: si hoc in nostris mentibus consiliū nūc inherere delide-  
rare. Ad enim beatitudinē tuā a satis longa ⁊ piculosa egro-  
tatione: vix dum etiā conualescentē: multisq; ac varijs ⁊ vgen-  
tibus negotijs occupatā: ad vllam ex vbe pfectionē nunc ad-  
hortari decet: qđ postea rebus cōpositis ⁊ ad meliozē tranquil-  
liozemq; statū redactis: a nobis erit sūmo studio atq; omnib;  
votis erpetendū. Sed ne sermonē meum latius vagari sinam:  
přfertim cum breuitati studere proposuerim: vnde initiū sum-  
pserat: eo nūc reuertat oratio. Gratulamur itaq; tibi vebemen-  
ter sūme atq; optime pontifex: te omnipotētis dei nutu: ac me-  
ritis tuis in ista sanctissima ⁊ gloriofissima sede collocatum:  
quę nō facile iudicari pōt: an plus tibi sublimitate sua dignita-  
tis attulerit: q̄ tu illi ob egregias virtutes tuas addideris. Ni-  
hil enim tam p̄clarū: nihil tam singulare nobis proponere va-  
lemus: qđ ad doctrinā ⁊ ad gubernandā rempub. christianam  
spectet: quā id ī beatitudine tua plurimū excellere: ⁊ copiosis-  
sime supereminere videamus. Nec sane hoc de te īmerito dici  
pōt. Lucifer iste matutinus mirificū splendorē ac celeste iubar  
secum afferens: radijs suę claritatis ante oculos nros effulsit.  
Vobis quoq; plurimū gaudemus: cum dñs oues suas pacifico  
fidelis: prudentissimo: ac vere innocenti pastori cōmiserit: qui  
eas diligēter ⁊ egregie custodire: ac regere sciat: velit: possitq;  
Qđ cum ita sit: nemo pfecto dubitare debet dei populi his an-  
nis atrocib; bellis crudeliter agitatū: consilio atq; opera ⁊ ope-  
tua: placida postbac optatissime pacis tranquillitate fruiturū.  
Et cum vniversę nationes: ⁊ cuncti reges: atq; populi Roma-  
nis legibus ⁊ maiestati tuę parentes: igratiā: honores: benefi-  
cia: cōmoditates omnis: ab ista tua singulari ⁊ incredibili be-  
nignitate se facile consecuturos putent: vnus est inter ceteros  
Hercules dur: quem maior; insignis gloria: ⁊ ut ante diximus:  
certissima semp erga Romanā ecclesiā fides: quem ipsius plu-  
rima ⁊ p̄stātissima pace ⁊ bello spectata virtus: necnō anim;

iussis tuis semper obsequentiſſimus: beatitudini tuę plurimū  
 cōmendent: eum nūc tibi persuadeas tuis sacris genib⁹ aduo/  
 lutum: ac supplicem rogare: ut inter fideles ac deditiſſimos ſu/  
 os tua ſanctitas ipſum admittere: ac fouere: ⁊ ptegere digneſt.  
 Quicqd p te opum: quicqd auctoritatis: quicqd gratię: quic/  
 quid dignitatis: quicqd glozię conſequet: cum ipſe etiā tuus  
 ſit: id omne rebus tuis acceſſurū certo ſcias. Hoc ſi feceris: qđ  
 te facturū omnino explozatū habemus: ⁊ ipſum ducem Hercu/  
 lem cum magnanima ⁊ excellentiſſima cōiuge: ⁊ eius liberos:  
 egregia quidē indole p̄ditos: ⁊ iam nunc p paternę virtutis  
 veſtigia incedentes: atq; oēm illā adeo illuſtrē familiā Eſten/  
 ſem: ⁊ illos qui ab ea nūc ſunt: ac poſteros eius oēs: ſimul cum  
 Ferrarienſibus tuis: ⁊ cum vniuerſis populis Eſtenſi imperio  
 ſubiectis: ac beatitudini tuę plurimū affectis: ęterna tibi obli/  
 gatione deuincies. Nec minus tibi nos debere putabimus: q̄  
 optimis atq; obſeruandiſſimis dñis fideles ſerui: ⁊ q̄ cariſſi/  
 mis parentibus amātiſſimi filij debeant. Hunc igit̄ talem tan/  
 tumq; p̄ncipem: atq; adeo tibi deditū: benigniſſime pater: ut  
 ipſe conſidit: humanitate tua cōplectere. Nec paruę glozię tibi  
 futurum putaueris: te in eum beneficia tua cōtuliffe: quem me/  
 ritorum erga ſe tuorū nunq̄ aut imemorem aut ingrātū fore:  
 eius nomine beatitudini tuę pollicemur. Hęc corā Sanctitate  
 tua in hoc clariffimo tot illuſtrium viroꝝ cōuentu breuiter  
 a me dicta ſint: quę magnifici atq; eloquentiſſimi collegę mei:  
 grauiore quidem et magis culta oratiōe faciūdius ⁊ elegantius  
 explicare potuiſſent. Sed ego: ut ante dictū eſt: optimi p̄ncipi/  
 ſis noſtri mādatis parens: ad hūc locum acceſſi: ne ſcilicet in/  
 obedientię crimen incurrerem: neue reſuſatio mea laborē poti/  
 us ſubterfugere voluiſſe: q̄ vllam rei difficultatem pertinuiffe  
 ſe iudicari poſſet.

Diri.

Me  
 1278

